



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quae promissio sit propria legi sine operibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

promissio Euangelij propria, quòd gratis remittuntur peccata, gratis pronunciamur iusti, id est, reconciliati, & accepti: & quòd propter Christum efficiamur hæredes vitæ æternæ. Ad hanc igitur promissionem nihil faciunt opera nostra, nisi quòd media sunt, quæ gratuitam accipiunt gratiam.

Promissio est legis, qua lex sequi debet necessario fidem, alioquin iustificatio non retinetur, Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis: & in obedientia legis & operibus, non vult Deus gratis sibi seruire & legem impleri, sed pro illis offert & promittit mercedem temporalem & æternam, Exod. 20. Deuter. 28. Leuit. 16. Matth. 19. Marci 10. Luc. 18. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis & in tempore hoc, & in futuro seculo vitam æternam. Et pietas habet promissionem præsentis vitæ & futuræ, 1 Tim. 4. Sic omnia opera nostra habent præmium & gratia, tamen propterea quia fiunt ab illis qui in Christum filium DEI credunt, quæ fides sanctificat arborem, id est, personam: Et sunt varia præmia secundum gradus laborum, vt sæpè diximus, 1. Corin. 3. Matth. 25. Ioannis 5. Et procedent qui bona fecerunt, &c.

Et quoniam filij & hæredes sumus per fidem, ideo hæc opera nostra beneficio Christi ex gratia compensantur gloria æterna: quod nullo modo fieret, si non primùm essemus per fidem accepti & hæredes, sicuti labor & obedientia filiorum erga parentes, tametsi gratus est parentibus, nullo tamen pacto mereatur filius hæreditatem, nisi primùm sit natus hæres. Attamen contumaces filij possent exhæredari: sic qui non obedientia legis testantur fidem suam erga DEVM patrem. Vt pius pater promittit obedienti filio hæreditatem, licet illi debeatur, quia natus hæres: sic operibus nostris promittitur vita æterna, quæ tamen aliàs gratis donatur propter fidem in

F + Chri-

Christum, quæ facit nos hæredes Regni Dei.

Sic duplici beneficio Christi ornatur, promittitur nobis salus & remissio credentibus in Christum gratis, deinde operibus nostris ex misericordia & gratia præmium in cælo. quod nec auris audiuit, nec oculus vidit, & sic alterum ab altero pendet, & sequi debet, modò distinctè & ordine illa pensemus, & gratias Deo agamus: nihil nostris adimitur operibus, modò etiam non exequentur Christo.

Quod verò dicitur, quòd fides & opera nostra cõpensantur gloria æterna, idèd fit, quia fides viua non est sine opere, sicut nec ignis sine calore: quãdò ergò viua fides accipit iustificationem, fit quòd simul etiã opera accipiunt. Sed quoniã & fides & opera fiunt poluta carne, iustificatio transfertur in Christũ. Nec pugnant: fides gratis accipit promissionem Euangelij propter Christum, & obediendia præceptorum accipit præmium: nam vtrunque est ex gratia, id est, gratis propter Dei bonitatem donantur, non propter opera operata, quæ causa non sunt, sed diuina misericordia. Idèd fides viua accipit gratis remissionem, & opera charitatis gratis præmium. Ergò gratia vel donum est vita æterna, Rom. sexto, Idèd fiducia misericordiæ diuinæ accipit gratis promissiones tam Euangelij quàm legis. Accipit ergò fides promissionem propriam Euangelij, scilicet, quòd gratis propter personam Christi iustificamur, & non ob propria nostra merita, deinde nostra opera habent sua præmia iterùm ex gratia in cælo & in hac vita, & coronantur tam fides quàm opera ex gratia, gloria æterna. Et quoniam fides est primum opus hominis, Ioannis sexto. Hoc est opus DEI, vt credatis in eum quem misit ille: & illa apprehendit CHRIVM, id est, remissionem, Spiritum sanctum, promissionem salutis antè omnia opera: deinde obediendia legis sequitur, qua retinètur hæc accepta bona & ita

& it
præ

1.
2.
3.



anne
illo a
con
prin
um c
pium
vt cr
hoc c
Ioan
est fil
s. cap
tum,
dit q
dum
riæ si
ra to
qua r
Verb
in syr
igitu
Idè
& sal
tus r

& ita fit, quòd tandem hæc omnia recompensantur
præmijs varijs in hac & pòst hanc vitam, &c.

CAPVT XXIII.

ARGVMENTA.

1. *Quis sit Christus in sua persona.*
2. *Quare donatus sit nobis peccatoribus.*
3. *Quapropter ipsum accipimus à Deo patre.*



Christus est verus Dei & Mariæ virginis
filius: filius Dei ab æterno à patre geni-
tus, Mariæ filius in tempore gratiæ na-
tus: Primum, Christum esse filium Dei,
vbiq; testatur scriptura, & maximè Io-
annes Euangelista vrget totum suum Euangeliũ pro
illo articulo, ita quòd Euangelium suum incipit &
concludit cum fide, quòd Christus sit filius Dei: In
principio, inquit, erat verbũ, id est, principio omni-
um creaturarum, ergo æternus, non habens princi-
pium cum creaturis, Ioã. 1. & 2. cap. Hęc scripta sunt,
vt credatis quoniam Iesus est Christus filius Dei, vt
hoc credentes, vitam habeatis in nomine eius. Et 1.
Ioan. 4. Omnis qui confessus fuerit quoniam Iesus
est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et idẽ
5. cap. Hęc est fides quæ vincit mundum, id est, pecca-
tum, mortem, diabolum, tyrannidem mundi, qui cre-
dit quoniam Iesus est filius Dei. Maximè hoc creden-
dum est contra Arrianos hereticos. Deindè quòd Ma-
riæ sit filius secundum humanitatem, simul scriptu-
ra tota & omnes Euangelistæ testantur. Matt. 1. De
qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Et Ioan. 1.
Verbum caro factum. Gal. 4. Natum de muliere. Sic
in symbolo dicimus, Natus ex Maria virgine &c. Est
igitur Christus in sua persona, Dei & virginis filius.

Ideò datus est hominibus in mundo, vt quæreret
& saluum faceret quod perierat, Luc. 19. Et quia to-
tus mundus & natura nostra oppressa fuit damna-
tione